Albert Hübl: Catalogus codicum manu scriptorum qui in Bibliotheca Monasterii B.M.V. ad Scotos Vindobonae servantur.
Wien-Leipzig, 1899 Seite IX
Quelle:
Copyright:

P. Amandus Perschl († 1789), bibliothecarius ac parochus in monasterio.[1]) Hic vir diligentissimus non solum singulos libros historiae ratione habita perscrutatus observationes suas singulari libello collegit, sed etiam nonnullorum apographa confecit.

Antiquissimus, qui exstat, manu scriptorum catalogus isque schedulis contextus Othmaro Helferstorfer debetur, qui vir ab a. 1838 usque ad a. 1861 fuit bibliothecarius ac post usque ad a. 1880 monasterii praepositus. Hoc est unicum gravioris momenti adminiculum, quod in his tabulis conficiendis usui erat. Nam quas M. Ziegelbauer,[2]) W. Wattenbach,[3]) F. Schulte,[4]) M. Mayr,[5]) J. Huemer[6]) praebent adnotationes, ex his quamvis multa conferant ad quasdam particulas bibliothecae examinandas et describendas, in universum pauca lucri fecimus.[7])

Ad rationem huius opusculi quod attinet, in universum secuti sumus institutiones, quae a viris probatis collectae sumptibus societatis Leoninae in lucem prodierunt;[8]) neque

---

[1]) Hauswirth 140.

[2]) Hist. rei litter. O. S. B. I, Aug. Vind. 1754, 527.

[3]) Handschriften des Schottenstifts zu Wien. Archiv für ältere deutsche Geschichte X (1851) 592 sq.

[4]) Rechtshandschriften der Stiftsbibliotheken, Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften LVII (1868) 607 sqq.

[5]) Wiener Handschriften zur bayerischen Geschichte. Neues Archiv für ältere deutsche Geschichte V (1880) 145 sq.

[6]) Iter Austriacum I. Wiener Studien IX (1887) 90 sq.

[7]) Cf. A. Goldmann, Verzeichnis der Handschriftenkataloge der österr.-ungar. Bibliotheken, Leipzig 1888, 49 sq., ubi litterarum monumenta, quae ad hanc bibliothecam spectant, collecta invenias. Quae praeter hos auctores de singulis codicibus ante hoc tempus emissa sunt, suo loco citantur.

[8]) Regulativ für die Bearbeitung von Manuscripten-Katalogen nach den Vorschlägen der hochw. Herren Bibliothekare Albin Czerny (Stift St. Florian), Dr. P. Otto Grillnberger (Stift Wilhering) und Gottfried Vielhaber (Stift Schlägl) entworfen von der historischen Section der Leo-Gesellschaft. Wien 1895.